Bezoard. miner. ℈ß.
M. ad Vitr. pro ij. *dosibus.*
Vel ℞. *Conserv. flor. Violar.* ℥j.
Pulp. Tamarind. ℥ß.
Corall. rubr. ppt.
Bol. Armen. ppt.
Semin. Rutæ
Agn. cast. ana ℈j.
Conditur. Cynosbat. ʒiß.
fol. Lactuc. ʒj.
Syr. flor. Tunic. q. s.
M. f. Elect. d. ad Oll. Dosis Nucistæ magnitudo.
Vel ℞. *Rad. Nymph. Gramin.*
Cichor. ana ʒij.
Herb. Rutæ.
Fol. Salic. Querc.
Myrtin. ana Mj.
Semin. Agn. cast.
Aquileg. ana ʒij.
Myrrh. Thur.
Mastich. ana ʒj.
Incis. & contus. coq. in Aq. font. & lintea Decocto nonnihil refrigeranti im̄ersa Pubi & Scroto applicentur.
℞. *Empl. saturnin.* ℥ß.
Malax. Ol. Lil. alb. inducatur linteo expanso, & fiat Emplastrum Scroto applicandum.

CAPUT XLIII.

De Remediis Anthelminticis.

§. 1.

REmedia *Anthelmintica* apud Medicos ea audire consueverunt, quæ Vermes & Lumbricos, in qua- *Remedia contra Vermes.*

qualibuſcunque corporis partibus notas, ſimul cum verminoſâ putredine è corpore expellunt.

Quid putredo verminoſa.

§. 2. Cùm autem verminoſa putredo nil aliud ſit, quàm Ovulorum verminoſorum, nunc plurium, nunc pauciorum, vivificatorum aut non viventium, integrorum aut deſtructorum, in his illisve corporis partibus collectio atque coacervatio; conſequens eſt, ea ſolùm Remedia in *Anthelminticorum* cenſum eſſe referenda, quæ partim Animalcula viva (*Lumbricorum latorum* vel *teretium*, ut & *Aſcaridum*, & *Vermiculorum* nomine venientia) enecant; partim Ovula nondum vivificata diſſolvunt, deſtruunt, in putrilaginem vertunt; partim denique omnem hanc putrilaginem, ſive per ſe purgando, ſive per accidens Naturam ſublevando, è corpore expellunt.

Quæ proprie ſint anthelmintica?

Anthelmintica variis particulis conſtant.

§. 3. Præſtant hoc certè Medicamina, varii generis particulis conſtantia, & quidem ea primùm, in quibus Sal oleoſum, amarum, plus minus balſamicum eminet, prout ſunt *Radices Gentianæ, Card.bened. Cichor. Mechoacannæ, Jalapp. Mori Arboris cum Corticibus, Rhabarbari, Filicis, Vincetoxici, Dictamni, Ariſtolochiæ rotundæ veræ; Herbæ Abſynthii, Abrotani, Artemiſiæ, Gratiolæ, Scordii, Tanaceti, Matricariæ, Centaurii minoris, Marrubii albi, Sabinæ, Corallina præparata, Flores Calendulæ, Chamomill. Calthæ paluſtris, Perſicorum, Acaciarum, Aloë, Myrrhæ, Semina Plantaginis, Anethi, Santonicæ, Eſſentia Myrrha, Abſynthii, Centaurii minoris, Matricariæ, Card.bened. Tanacet. Scordii, Cortices Aurantiorum, Elixir proprietatis, cum & ſin. ac. Pilulæ aloëticæ, Oleum Tanaceti, Abſynthii, Colocynthidos, Lauri, Spicæ, Fel bubulum.*

Oleoſo-amara.

Acida.

§. 4. *Secundò* præſtant id ea, quæ ſale pollent acido, plus minus acri, v. gr. *Acetum bezoardicum, rutaceum, Succi Citri, Limonum, Aurantiorum,*

Ribium

Ribium, Berberum, Granatorum acidorum, Clyssus Antimonii, Spiritus acidi minerales, Mixtura simplex, Spiritus aperit. Penot.

§. 5. *Tertiò* ea, quæ sale acri nitroso plus minus volatili gaudent, qualia habentur *Alliaria, Scordium, Raphanus rust. Cepæ, Allia, Nasturtia omnia, Spiritus volatiles omnes*, v. gr. *Cochleariæ, Nasturtiorum.* *Sale acri nitroso pollentia.*

§. 6. *Quartò* præstant idem, quorum particulæ sulphureo-oleosæ prædominantur, v. gr. *Oleum Amygdalarum dulcium*, aut *amararum, Olivarum, Loti hortensis odorati, destillatum Succini, Flores sulph. Pulvis pyrius, Balsamus sulphur. Olea destill. Baccarum Juniperi, Succin. Camphora cum suo Oleo.* Quibus adde *Essentias spirituoso-sulphureas, plus minus amaras, Elixiria amara propr. sine acid. Theriacam Andromachi, vel Mithrid. Damocr. Diascord. Frac.* *Sulphureo oleosa.*

§. 7. Tandem in hunc censum referimus *Pulveres alcalinos terreos*, ut & *metallico-mercuriales* & *martiales*, prout sunt *Diaphoreticum martiale, Crocus Martis aperitivus, Vitriolum mart. Corallia ppta, Ebur ustum, Cornu Cervi ustum, Antimonium diaphoreticum, Mercurius* partim *vivus*, partim *sublimatus dulcis, Cinnabaris nativa* & *Antimonii rectific. Pulvis vitri veneti cum Melle mixtus, & Umbilico applicatus.* *Pulveres minerales.*

§. 8. Formulæ Anthelminticorum sequentes esse poterunt, promiscuè ex his & aut illis concinnatæ: v. gr.

℞. *Conserv. fl. Cent. min.*
Anth. ana ℥ß.
Elect. diascord. Fracast. ʒij.
Corallin. ppt. ʒj.
Diaphor. Martial. ʒß.
Syr. flor. Tunic. q. s.
F. *Mixt. ad formam Opiatæ*, de quâ m. ac v.

Lunâ descendente nucistæ magnitudo capiatur.

Vel ℞. *Conserv. fol. Cochlear.*
flor. Rosar. rubr. ana ℥ß.
Theriac. Androm. ʒj.
Condit. Radic. Calam. aromat.
Cichor. ana ʒß.
Essent. Myrrh. ℈ij.
Antimonii diaphoret.
C. C. ust.
Croc. Martis aperit. ana ʒß.
Syr. de Plantag. q. s.
M. F. Elect. d. ad Oll. Usus ut suprà.

Vel ℞. *Conserv. Borrag. Fumar.*
Betonic. ana ℥ß.
Roob. Juniper. ʒiß.
Corallin. ppt. ʒj.
Radic. Gentian.
Contrajerv.
Semin. Aquileg. ana ʒß.
Syr. flor. Persic. q. s.
F. Mixt. ad formam Opiatæ d. ad Oll. Usus ut suprà.

Vel ℞. *Corallin. ppt.*
Croc. Martis aperit.
C. C. ust. ana ʒj.
Salis Absynth. ʒß.
Sacch. cand. alb. ʒij.
M. F. Pulv. subt. d. ad Scat. Dosis m. ac v. ℈j. *ad* ʒß. *cum Aquâ Card. ben.*

Vel ℞. *Ocul. 69. ppt.*
Antimonii diaphoret.
Corallin. ppt.
Diaphoret Mart. ana ʒß.
M. f. Pulv. in iiij. *dos. æq. ad chart. de quibus m. ac v. una capiatur.*

Vel

Vel ℞. *Semin. Cynæ sive*
Santonicæ ʒij.
Corallin. ppt. ʒj.
M. F. Pulv. subt. in iij. *dos. æqu. ad chart.*
quarum una quotidie mane capiatur.

Vel ℞. *Semin. Aquileg. Cynæ.*
Plantag. ana ℈ij.
Radic. Contrajerv. Angelic.
Diaphoret. martial ana ℈j.
Flor. Sulph. ℥ß.
Sacch. alb. ʒj.
M. f. Pulv. subt. in vj. *dos. æq. dividend. ad chart.*

Vel ℞. *Rhabarb. elect.*
C. C. ust. ana ℈ij.
Corallin. ppt.
Mercur. dulc. opt. ana ℈j.
M. f. Pulv. subt. in vj. *dos. æq. m. ac v. capiendas.*

Vel ℞. *Elix. pro priet. Paracels.*
Essent. Cent. min. ana ʒiß.
M. ad Vitr. Dosis xv. gtt. cum vehiculo convenienti.

Vel ℞. *Essent. Myrrh.*
Absynth. ana ʒij.
Tinct. Antimonii ʒj.
Essent. Zedoar. ℈j.
M. ad Vitr. Dosis xv. *gtt.*

Vel ℞. *Aq. Absynth.*
Cent. min.
Matricar.
Syrup. Card. bened. ana ℥j.
Tinct. Mart. aper. ℈ij.
M. ad Vitr. Subinde aliquot cochlearia plena propinentur.

Vel ℞. *Fol. Card. ben.* Mj.
Tanacet.

Scord.
Summ. Absynth.
Cent. min.
Flor. Persicor.
Chamom. ana M ß.
Semin. Cyn. ℥ß.

Incisa misc. d. ad scat. Quotidie mane per aliquot dies pugillus Aquæ ferventi immittatur, hinc Infusum calidè sorbillandum detur *Saccharo* probè edulcoratum.

Vel ℞. *Aq. Chamom. Tanac.*
Scord. ana ℥j.
Menth. ℥ß.
Tinct. Castor. Croc. ana ℈j.
Syr. de Absynth. ℥ß.
Sacch. rosat. tabul. ʒij.

M. ad Vitr. ac subinde cochleare plenum detur.

Vel ℞. *Theriac. Androm.*
Elect. diascord. Frac. ana ℈ij.
Extract. Aloës. ℈j.
Ol. Colocynthid.
Fell. Taur. ana ℈ß.

M. ac cum linteo Umbilici regioni applicetur.

Vel ℞. *Vitri Venet. subtil. pulveris.* ʒij.
Roob. Juniper. ʒiß.
Castor. ppt. ℈j.
Camphor. ℈ß.
Fell. Tauri parum.

M. pro externo usu, videlicet putamen Nucis Juglandis replendo, & Umbilici regioni applicando.

Vel ℞. *Ol. Rutæ Tanaceti,*
Fell. Taur. ana ℥ß.
Ol. Colocynth. ʒij.
destill. heraclin.

Absynth.

Absynth. ana ℈ß.
Camphor. gtt. vj.
M. ad Vitr. pro inungendâ bis indies Umbilici regione.

Vel ℞. *Theriac. Androm.* ʒj.
Radic. Allii contus. num. j.
Essent. Myrrh. ℈ß.
Ol. destill. Succin. gtt. xii.
M. & cum Bombace applicetur Umbilico.

CAPUT XLIV.

De Remediis specificis diversorum aliorum Morborum.

Remedia specifica.

Specifica Remedia illa præcisè dicuntur, quæ his aut illis Morbis in specie medendi facultatem à naturâ fuerunt consecuta. Inter hæc autem occurrunt

Antifebrilia.

I. *Antifebrilia*, ſ. *Antipyretica, Febrifuga*, quæ febriles æstus temperare vel planè extinguere valent, intestinum videlicet nimis auctum ſ. rapidiorem humorum motum, in præternaturali fermentatione consistentem, sedando, pacando. Talia verò Remedia peti possunt & solent è diversis Tabulis ſ. Classibus nimirum *Attenuantium, Resolventium, Sudoriferorum, Diaphoreticorum, Alexipharmacorum*, &c. variis utcunque saporibus gaudentium, suntque præcipuè v. gr. *Antimonialia diaphoretica singula, C. C. phil. ppt. Ebur ppt. Unicornu foss. Lapid. bezoard. orientalis vel occidentalis verus, Pulvis viperinus, Cinnabaris nativa, Putamina Ovorum calcinata, Unicornu marin. ppt. Radices Urticæ, Cichorii, Taraxacon. Scorzoneræ, Carlinæ, Gentianæ, Succisæ, Aristol. rot. Acetosæ, Gramin. Herbæ Absynth. Tanacet. Fumar. Scabios. Agrimon. Antiscorbuticæ omnes, Card. bened. Urtic. ur. Plantag. Taraxac. Acetosæ, Acetosellæ, Nitrum ppt. Nitrum antimoniat. Cremor. Tartar. Tartarus vitriolatus, Salia Essentialia Acetosæ, Acetosellæ, Citri, Rubi id. Salia lixiviosa omnia*; v. gr. *Absynth. Centaur. min. Cortex Peruv. optim. ſ. Kinkinna, Cortex Ligni Fraxin. Lignum colubrinum, Aquæ destillatæ Plantarum suprà dictarum, Syrupi de Abs. Rub. id. de ʒ. Radic. de Fumar.* plurimaque alia, è quibus diversæ formulæ, differentibus capitibus expositæ fieri possunt.

Antipleuritica.

II. *Antipleuritica*, quæ sanguinem viscido-pituitosum resolvendo, ejusque impeditam in Vasis pleuræ & pulmonis circulationem restituendo, pungitivum atque inflammatorium Lateris dolorem sedant vel dissipant. Petuntur hæc è Tabulâ attenuantium, incidentium, resolventium, diaphoreticorum tam fixorum, quàm volatilium; specifica tamen magis notantur *Sanguis Hirci ppt.*